



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Si anima Christi habuit sapientiam parem cum Deo, & si omnia scit quæ
Deus. A. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

entia æterna, quæ est pater: & sapientia, quæ non est ingenua, quæ communis est tribus personis non tamẽ gemina sapientia: quia non est alia, & alia sapiẽtia, sapientia ingenua, quæ tantum pater est, & sapiẽtia quæ communiter pater est, & filius, & spiritus sanctus. Inquãtum vero eadem persona est homo, id est, secundum hominem acceptum, vel in quantum est subsistens ex anima & carne, sapiens est sapientia gratuita. Sapiens ergo est humano sensu & diuino.

Quomodo intelligendum sit illud. Sensus proficiebat humanus.

E

Sed ex qua causa illius dicti intelligẽtia, scilicet, Sensus proficiebat humanus, assumẽda est? Aperte n. videtur Ambros. innuere quod secundum humanum sensum Christus profecerit, & quod infãtia eius expertus cognitionis fuerit, & patrem & matrem ignorauerit: quæ nec ecclesia recepit, nec p̄missæ auctoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sanẽ p̄t accipi, vt quantũ ad visum hominũ & sui sensus ostensionẽ, Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundũ ostensionem & aliorum hominum opinionẽ. Ita etiã patrem & matrem dicitur ignorasse in infantia, quia ita se habebat & gerebat, ac si agnitionis expertus esset.

SI ANIMA CHRISTI HABVERIT SAPIENTIAM parem cum Deo: & si omnia scit, quæ Deus.

DISTINCT. XIV.

A

HIC queri opus est. Cum anima Christi esset sapiens sapientia gratuita: vtrum habuerit sapientiam æqualem Deo, siue omnium rerum scientiam habuerit vel habeat, id est, vtrũ omnia sciat quæ Deus scit? Quibusdam placet, quod nec parẽ cum Deo habeat scientiam, nec omnia sciat, quæ Deus: quia in nulla creaturã æquatur creatori. Cũ

ergo

*Quomodo
verbi scilicet
Christi in-
carnatio or-
dinatur ad
nostram re-
demptionẽ
quantum
ad plenitudi-
nem scien-
tiæ spiritua-
liter.*

*Opinio
quorundam.*

ergo anima illa creatura sit, in nullo æquatur creatori: ergo nec in sapientia. Non ergo habet æqualem cum Deo sapientiam, nec fecit oīa q̄ Deus. Item, Si anima illa æqualem habet cum Deo sapientiam, nō ergo De⁹ in omni bono maiorem habet sufficientiam, q̄ eius creatura. Inducūt etiam auctoritates ad idē probandum. Ait n. propheta ex persona hominis assumpti. Mirabilis facta est scientia tua ex me, & non potest o ad eam. Quod exponēs Cassiodor. ait, Veritas humanæ cōditionis ostenditur: quia assumptus homo diuinæ substantiæ nō potest æquari, vel in scientia vel in alto. Apost. etiā ait, Nemo nouit q̄ sunt Dei, nisi Sp. Dei, q̄ solus scrutatur omnia etiam profunda Dei. His aliisq; plurib⁹ rationibus, & auctoritatibus nituntur, qui animam Christi asserunt nec parem cum Deo habere scientiā, nec omnia scire quę Deus scit. Quia si omnia scit quę Deus, scit ergo creare mundum, scit etiā creare seipsam.

*Cassiodorus
ad versum
5. hunc mi-
rabilis facta
est, P̄sal. 138.*

1. Cor. 2. c.

*Responsio questionis definitiuam continens
sententiam.*

Quibus respondentes dicimus animam Christi per sapientiam sibi gratis datam in verbo Dei, cui vnita est, vnde etiam perfecte intelligit, omnia scire quę Deus scit, sed non oīa posse q̄ potest Deus, nec ita clarē & perspicue oīa capit vt Deus: & ideo nō æquatur creatori suo in scientia, et si oīa sciat quę & ipse, nec est eius sapientia equalis sapientię Dei, qui illa multo est dignior, digniusque & perfect⁹ omnia capit, q̄ illius animæ sapientia, ergo & in scientia maiorem habet sufficientiam Deus, q̄ anima illa quę dignior est omni creatura. Illud vērō Apostoli quod inducunt, nemo nouit quę Dei sūt, nisi Sp. Dei qui solus scrutatur omnia: pro nobis facit. Mox enim addit Apostolus. Nos autem spiritū Dei habemus: vt per spiritum quē habebat, Dei profunda se scire ostenderet. Sed anima illa p̄ omnibus

2. Cor. 7. g

Ioan. 2. d

nibus
tus ad
spir
Omn
sciua
tam
scit en
dam r
rerum
rate A
sapien
tione
anima
cōcess
scit. A
creare
scienc
tiam
seipsa
sed nō

SI
tentia
pōt, q
cong
turali
omni
per h
tentia
& si p
test.
in ver
creat
geli &
Qu

nibus spiritum Dei habuit, cui spiritus non est datus ad mensuram, ut ait Ioan. Euang. Dona ergo *Colo. 2. 8* spiritus sine mensura habuit: ergo & sapiētiam. Omnia ergo sciuit anima illa. Si enim quædam sciuit, quædam non: tunc non sine mensura scientiam habuit. Sed sine mensura scientiam habuit: scit ergo omnia. Fulgērius etiam in sermone quodam multa inducit quibus asserit animam illam rerum omnium scientiam habere, utens auctoritate Apostoli dicentis, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Quod etiam ratione potest probari sic. Nihil scit aliquis quod eius anima ignorat. Sed Christus secundum omnium cōcessionem omnia fecit, ergo anima eius omnia scit. Ad id vero quod dicunt, Si omnia scit, ergo scit creare mundum vel seipsam, respondemus. quod scientiam habet mundum creandi, sed non potentiam, & creandi animam, & scit quomodo Deus seipsam creauerit, habet ergo scientiam sui creatæ, sed non sui creandæ, quia non est creanda, sed creata.

*Quare Deus non dedit ei potentiam omnium,
ut scientiam.*

SI vero queritur, Quare Deus non dederit ei potentiam faciendi omnia, ut scientiam? Responderi potest, quia naturaliter capax est scientiæ, & ideo id congrue ei datum est sine mensura, cuius ipsa naturaliter capax est. Non est autem ei datum posse omnia facere quæ Deus facit, ne omnipotens, & per hoc Deus putaretur. Veruntamen forte nec potentiam faciendi omnia ei Deus præstare potuit, & si potentiam faciendi aliqua quæ non facere potest. Scit ergo anima Christi omnia quæ Deus scit in verbo Dei, quod liquidius & præsentius omni creatura contēplatur, ut ei vnita, in quo etiā angeli & quæ Dei sunt, & quæ futura sunt, cognoscunt.

*Quomodo intelligenda sint quedam verba Ambrosij
super Lucam.*

D
S E D